



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1786

VD18 90119355

§. 36. Acatholicorum Scriptorum Iucubrationes & fata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](#)

Sæc. XVIII. gesima tertia Maij. Ludovicus Fran-
A. C. 1738 ciscus de la Barre, qui antiquitatum
 Lexicon incepit, sed ante obitum per-
 ficer haud potuit.

§. XXXVI.

*Acatholicorum Scriptorum Lucubra-
tiones & decessus.*

Plures etiam ex Scriptoribus aliena
 fidei hoc anno obiere, & quiden
 I. Isacc de Beaufobre Calvinista, qui
 in concinnanda Bibliotheca Germanica
 magnam partem habuit, ipsusque epie-
 stolas D. Pauli Gallice reddidit, quam
 tamen versionem Dartifus, turbidæ in-
 dolis Præco acriter exagitabat; Edidit
 quoque Historiam reformationis, nec
 non Historiam Manichæi & Manischæ-
 mi, observationes Philologicas in N. L.
 præter alia non nulla. II. Burchard
 Gotthelf Struve, qui ad prelum pro-
 movit suam Bibliothecam numisma-
 tum antiquorum, Syntagma antiqui-
 tatum romanarum de ritibus facis,
 selectam Bibliothecam historicam, The-
 saurum variæ eruditionis, Corpus Hi-
 storiæ Germanicæ, Jus Ecclesiæ circa
 religionem, de Constantini M. Christia-
 nismo Politico, de Pyrrhonismo histo-
 rico, theses ex Historia Pontificum,
 præter alia quamplurima, in Jöcheri
 Lexico

Lexico fusius enumerata. III. Gustavus Ze'tner Lutheranus, e cuius calamo profluxit adolescentia Reipublicæ Judaicæ, epistola de peccato in Spiritum Sanctum & de descensu Christi ad inferos, de corruptelis & medelis Theologæ, de novis Bibliorum versionibus germanicis non temere vulgandis, de suspicionibus Ecclesiæ noxiis, Breviarium controversiarum cum Enthusiastis & cum Remonstrantibus, Historia crypto-Socinianismi Altorsini, de Priscilla Aquilæ uxore, de typo Polygamiæ in N. T. abolito, de horologio Pilati & Caiphæ & alia quamplurima. IV. Carolus Engelschall pariter Lutheranus, qui scripsit præjudicia vitæ, meditationes in V. libros Moysis, & librum Iudicum ac Ruth, observationem de umbra Petri ægris salutari, Bidenbachii concordiam Jesuitarum & Christianorum in doctrina de Religione teutonica redditam præter alia opuscula Germanice edita. V. Joannes Hallwachs, qui edidit disputationem de Atheo, de pœnis in Atheum, de juramento Athei & de juramento religionis, de Joanna Papissa, Carolo Magno & Lothario Imp. &c. VI. Franciscus Fabritius Calvinista, qui elucubravit tractatum de Sacerdotio Christi secundum ordinem Melchisedech, Chrisologiam Noachicam


Sæc. XVIII.
A. C. 1738.

Sæc. XVIII. chicam & Abrahamicam; fidem Christianam Patriarcharum, & Prophetarum,

A. C. 1738.

orationes de scholis Prophetarum, & de scriba edocto in Regno eorum, Theologiam Christianam ex verbis Christi verbis, Christum unicum Ecclesiæ fundamentum &c. VII. Iustus Motschmann, cuius nomen inter eruditos unice celebratur propter editam ab ipso Erfordiam literariam. VIII. Joannes Henricus Michaelis linguarum Orientalium Professor, qui evulgavit conamina brevioris manuductionis doctrinam de accentibus Hebræorum profaicis, dissertationem de his accentibus metricis, epicrisin philologicam &c. dissertationem de Angelo Deonovam versionem psalterii æthiopici de peculiaribus Hebræorum loquendi modis, Historiam linguæ Arabicæ, dissertationem de textu N. T. græco, de Isaia Propheta, ejusque vaticinio, ubiores annotationes in hagiographos, dissertationem de Christo Petra ac fundamento Ecclesiæ, de usu LXX. Interpretum in N. T. de Ecclesiaste Salomonis, de Canticis Canticorum, dissertationem de nexu officiorum Christiani cum vero Dei cultu, & alla nonnulla. IX. Joannes Jacobus Jansen, cuius præcipua lucubratio est nexus

nexus & differentia vivæ & operosæ Sæc.XVIII.
fidei. X. Gottlieb Bayer, qui scri- A.C. 1738.
psit vindicias verborum Christi: *Eli*
Lama Sabbathani, de eclipsi Sinica, &
de eclipsi solis in morte Christi, Hi-
storiam Congregationis de Propagan-
da, de Verbiasti scriptis Sinicis, de
Confucii libro Chun cieu de Cyclo
horarum Sinico &c.



R 5

EIBER